



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Nicolavs Milles. 24. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Neque verò se nuptias respicere, modò sponfus Deus esset. Videret ipsa, an hic terræ filio postponendus esset? Nuper adedò se ex Angelis didicisse (& didicerat) dotem huic unicè virginitatem placere, Eois lapillis omnibus chariorem. Itaque in hunc amores suos se transtulisse. Quòd si invideret VICTORIA, partam seesse etiam illi hunc conciliare. His & similibus dictis jam dudum parili amore VICTORIA in Christum ferebatur. Quò ergo cum sibi devinceret, misso homine dotem in paranymphos pauperes profundit, & in exilium acta ad alteras jam nuptias se parat. Iamq; unica purpura nuptialis deerat, Bonum factum: dedit hanc sanguis pro sponso fusus. *Ex Adone & Adelmo.*

Amor rerum terrenarum viscum est spiritualiū pennarum. Ecce concupisti, haesisti. Quis dabit tibi pennas ut columba? quādo volabis? ubi verè requiescas, quādo hic, ubi malè haesisti, perversè requiescere voluisti? S. August. serm. 33. de verb. Dom.

S. NICOLAVS MILES, 24. Decembris

HAnc militum ego periculosissimam pugnam puto, quam cum castitatis hoste Amore pugnant. Nam huic succumbere, quid aliud est quàm triumphos suos vendere? NICOLAO nostro crede, qui cum in Bulgaros movit Nicephori Imp. auspiciis, ecce priusquam bellum hostis faceret, militi mulier fecit hospitis filia. Ter impetum in castissimum fecit; sed ter NICOLAVS repulit verecundiæ umbone tatus. Poterat ergo ante pugnam victoriam canere, solus ex omni exercitu Nicephori victor. Etenim sub noctem somnus NICOLAVM in campum producit; videt stantes utrinq;

